

omnibus sine exceptione dignitatis scandalosè & perseve-
 ranter malis. πᾶς γὰρ πῦρ ἀλιότησε, in iudicio divino salletur ad
 sentiendū & tolerandū ignem unusquisq. (2) igneam & igni-
 feram esse infernorum cruciatuum naturam, dicitur enim
 πῦρ ἄσβεστον, πῦρ, ὅτι ἔσβεννυ, Γέενα πῦρ, πῦρ, ὃ πᾶς ἀλιότησε.
 (3) Contra Veteres & novos Patres misericordiæ exstinguen-
 tes, tum inter Pontificios ignem purgatorium, tum inter O-
 rigenistas & Evangelistas hodiernos ignem infernum, æter-
 nos esse damnatorum cruciatus: est enim πῦρ ἄσβεστον, ὅτι
 ὁ σκώληξ αὐτῶν ἔπιλατᾶ, ἔτι τὸ πῦρ ἔσβεννυται, & quidem ex De-
 creto DEI: πᾶς γὰρ πῦρ ἀλιότησεται, & ad æternitatem illius
 ignis ferendam Verbo vermem conscientiæ semper exci-
 tante, & ignem dolorum semper renovante adaptabitur,
 præparabitur, perfricabitur.

§. 30. Præcepta quoq. vitæ inde petimus, nimirum
 (1.) vitanda esse omnia scandala, tum alios, tum nosmet ipsos
 lethali spiritus vulnere offendentia, quoniam adeò gravis
 vindicta iisdē est præscripta, πᾶς γὰρ πῦρ ἀλιότησεται, & 2. Ver-
 bum Correptionis Divinæ non esse floccifaciendum in vitâ,
 quia post vitam illud in sale m mutatur, qui contemptores suos
 per accidens æternis flammis addicit, & aptos reddit. Do-
 cet verò nos tanta mutatio, vindictaq. à scandalorum exhi-
 bitoribus sumenda constanter æq. & serio precari, ut Divi-
 na Sanctitas & Gratia nos à scandalorum objectu muniat,
 Verbo suo nos in hâc vitâ præservet, æternumq. ignem
 oculis nostræ fidei ita præmonstret, ut nos salitura
 ad eundem ingrata non urat, sed fidei à no-
 bis beatus obtineatur

FINIS.

Coll. dess. A. 44, misc. 22